



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

24. Chrysostomi humilitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

optima quanta vestimentum, eum in lectum quis se confert.

115. Cauendam sacro Oratori in carpendis vitij iracundiam, sed quod olim Phinees fecit, iugulandum, & non irascendum. Hoc est, scelera verbi diuini gladio sine ulla vitiosa animi commotione perimenda, ne quis increpationis prae-textu suam explere videatur cupiditatem.

2. ad Tim. Inter concionandum personas nominatim non esse perstringendas, sanare enim oportet errantes, non efferare.

Maiorem concionis partem moribus recte impendi.

Tria ad ciuitatis perfectionem esse necessaria, pietatem ciuicum, misericordiam in pauperes, nouitatum detestationem.

Ecclesiastici balbutiendum saepe cum populo quo sit fructuosior.

Eundem oportere summa patientia esse praeditum, & tranquillo animo more praesentorum expectare, donec pascas se in vete induant.

Caneat omnino concionator a vanitate, & delictis duobus scopulis in illo concionum freto vehementer periculosus. Studeat tamen valetudini, quo suo ministerio deserviit alacritus possit.

Nec facilem, nec omnino duram aures habeat ad ea qua deseruntur crimina.

Chrysostomi humilitas.

CAPVT XXIV.

Nitebantur autem eximia virtutes insignis modestia, demissionisq; radicibus, quam a puero vehementer admauit, nam cum parentes pro suae nobilitatis splendore eum lauto quodam seruitio stipatum vellent scholas frequentare, totam illam humanarum rerum pompam modestissimus adolefcens repudiavit, & vix eo adductus est, vt vno duntaxat famulo vteretur. Cumque magnam illud ingenium quod supra aetatem se efferebat, non possent homines non admirari, crebrisque gratulationibus prosequi, oblatos sibi etiam tunc in hoc primo aetatis limine magnos a scholarum moderatoribus honores ferre non poterat; sed grauare adeo sustinebat, si qui modo comiter abijci non possent, vt eum facile intelligeres onera, non honores gerere. Quamobrem eo tempore quo de ingenij claritate, praestantissimaq; eloquen-

tia spes omnium maximae adblandiebantur, se in solitudines proripuit, vt humanam gloriam forti animo calcetam subigeret. Quanto vero hominum conatu ex ea vita quam elegerat tranquillitate ad sacerdotia, curasq; Ecclesiasticas sit prouectus, nemo nescit. In amplissima porro dignitate collocatus ita se gessit, vt Non sua sagena immolare, quod vetatur in sacris; sed contentissimo quodam animi ardore in Dei gloriam niti videretur. Itaque plausus & acclamationes oderat, humanas laudes respuebat; Nullum illi acroama durius quam diferti laudatoris oratio, nihil modestis auribus grauius quam assentatio videbatur. Contra acerbam exilij ignominiam, angores animi, corporis iam aetate & morbis confecti cruciatus suas existimabat delicias, & haec quidem magno conscientiae theatro contentus patientissimè deuorabat, vt nec vellet in publicum si posset affluere constantiae famam. Nam & in epistola ad Olympiadem ait, se in suis arumnis voltare, & exultare, quasi ingentes nactus esset diuitias, tum praecipit, vt haec contineat, nec cuiquam enunciet, imò etiam eorum ora qui haec narrabunt, comprimat.

Habacuc. 1.16.

Vide ep. 14. ad Olymp.

Eiusdem constantia, & grauitas.

CAPVT XXV.

Verum, vt cum de rebus ipsius ageretur, nihil erat humilius, sic vbi Dei caussa & religio suadebat, nihil erat altius, nihil constantius. Equidem miror hominem inter haec aulae fulgura & coruscationes, inter excullam vim procellarum, inter iactus fulminum, iam iclum, iam fumantem, iam nefarijs illis tædis in sanctissimum caput iniectis ardentem, omnes scelerum machinationes, & omnes imperiorum fastus, veluti ruentis in se caeli pondus ineluctabili quodam vigore spiritus excipere.

Quis enim non suscipiat primum magni illius Ioannis cum Gaina congressum? Venit homo Arianus Constantinopolin Arcadij Imperatoris tumens amicitia, magnum aliquid anhelans, adumbrata bellicarum rerum gloria circumfluens, ingenti aulicorum satellitio, & Arianis clientibus quasi canum gregibus vndique succinctus. Et ne quid ad singularem malitiam deesset, quæsitam seelere potentiam

Vide Theod. l. 5. c. 32. Barotman. 400. 42.

Ggggg larua